Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



306

me cedis. Et misit eos
ad annam ligatos ad cay
phan pontificem. Erat
autem symon petrus stans
et calefaciens se. Dixerunt
ergo ei. Numquid et tu
ex discipulis eius es.
Negauit ille et dixit.
Non sum. Dicit unus
ex seruis pontificis co
gnatus eius cui abscidit
petrus auriculam.
Nonne ego uidi te in
horto cum illo. Iterum ergo
negauit petrus: et sta
tim gallus cantauit.
Adducunt ergo ihm ad
pylatum in pretorium. Erat
autem mane. Et ipsi non
introierunt in pretorium
ut non contaminarentur
: sed ut manducarent
pascha. Exiuit ergo py
latus ad eos foras: et
dixit. Quam accusa
tionem affertis aduersus
hominem hunc. Respon
derunt
et dixerunt ei. Si non es
set hic malefactor: non
tibi tradidissemus eum.
Dixit ergo eis pylatus.
Accipite eum uos: et se
cundum legem uestram iu
dicate eum. Dixerunt
ergo ei iudei. Nobis non
licet interficere quemquam.
Vt sermo ihu impleret
ur quem dixit: significa
ns qua morte esset
moriturus. Introiuit
ergo in pretorium pylatus
et uocauit ihm et dixit
ei. Tu es rex iudeorum.
Respondit ihus. A temetip